



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

87 Iniurias à subditis propulsare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

in marmoribus humi positis insculpere, vel pingere; sed quodcunque reperitur, tolli grauiſſima poena maſtando eos, qui contrarium Statuta noſtris tentauerint, ſpecialiter imperamus.

SIGNVM LXXXVII.

INIVRIAS A SVBDITIS
propulſare.

*Ab iniuria
ſubditos de-
fendere.*

1. **M**iles quidam loco nobili ex eo numero quos Hiſpani Inſanſones vocant, in Gallæcis ruſticum quendam bonis omnibus euenerat. Monetur à Rege Hiſpanie Alphonſo, eo, qui cõtus eſt Imperator, atque Prouincia Prætorum, damna reponeret ei, qui pertuliſſet, obtemperare contempſit. Diſſimulauit in præſenti iram, & cæteris rebus prætermiſſis, priuati habitusque res tectior eſſet, Toledo in extremam Galatæ delatus, repente militis ædes obſedit, diſpoſitum circum militibus, ne poſſet euadere, fugientes que ſupplicij metu comprehendi, atque præterea adibus (pro foribus) laqueo ſuſpendi ſeu ſingulari mandauit. Vno facto imperij auctoritas ſanxit, atque innocentiam, inſolentis hominum recordiam vltus eſt, & ſuo nomini immortalem laudem peperit. Vide Signum 92.
2. Cum Conſtantiuus, & nonnulli alij Chriſtiani Imp. poſſent ipſa Deorũ templa diuinijs reſecti ſpoliare, prout fecerant nonnulli ex Ethnicis Imp. abſtinuerunt nihilominus, cum ab hoc ſummo iure id facere potuiſſent, tum quod deum monum nullus proſus cultus eſſe deberet, non quod ex illis compenſari poterant rapina, quæ

um in rebus publicis, quàm priuatis 300. iam propemodum annis Christiani ab idolorum cultoribus passi essent. At tamen ab his Constantinus se continuit, & successores, quod S. Ambros. agēs aduersus Symmachum, *epist.* 31. testatur his verbis: Dicant & ipsi quis templis dona detraxerit, quod factum est Christianis, &c. Si Constantinus noluit diripere diuitias idolorum, multo minus spoliavit subditos; sed potius eos ab omni iniuria defendit.

3. Sallustius Præfectus Prætorio, ait Suidas, Valentinianum designauit Imp. qui cùm Imperium suscepisset, Edicto proposuit, vt si quis affectus esset iniuria, Imperatorem adiret, verùm nemo questus est. Hic Valentinianus Præposito Eunuorum Rhodano, qui Berenicem viduam iniurijs affecerat, mulieri de illo conquestæ iudicem dedit Sallustium, à quo condemnatus Præpositus, cùm iudicium illius nihili faceret, ab Imperatore in Hippico crematus est, omnibus Archieunuchi bonis viduæ assignatis. Quo exemplo territi mortales, omni iniuria abstinuerunt.

4. Balduinus Septimus Comes Flandriæ Petrum virum nobilem & Oriscampi Toparchâ ob duos boues pauperculę viduæ reclamanti abductos, re ad eum delata, subito arripit iubet, & atroci morte puniri. Fortè lebes aquę feruentis in medio Brugensi foro erat, monetario puniendo destinatus, in hunc sine morâ hominem cõijci iubet, sic, vt erat, ocreatum, vestitum, gladio accinctum. Inquisitio præcesserat, & culpæ conuictus, per aliam causam euocatus, poenas sic luit.